Universitätsbibliothek Paderborn

Philippi Labbei Bitvrici Societatis Iesv Presbyteri, Nova Bibliotheca Mss. Librorvm, Sive Specimen Antiqvarvm Lectionvm Latinarvm Et Græcarvm

Labbé, Philippe

Parisiis, 1653

Svmma Privilegii Regis Christianissimi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13263

Visual Library

SVMMA PRIVILEGII REGIS CHRISTIANISSIMI.

CAVTVM eſt auctoritate Regiâ, ne quis in Regno eius, aliiſve locis eius ditioni ſubditis, libros, qui inſcribuntur, *PHILIPPI LABBEI Biturici, Societatis IESV Preſbyteri, Antiquæ Lectiones Græcæ & Latinæ ex varijs Mſſ. Codicibus magno ſtudio collectæ, præſertim ad Hiſtoriam & Chronologiam ſpectantes; cum harum ſpecimine, additiſque ſupplementis*, quouis charactere aut formâ excudere, aut alibi excuſum vendere, alióve quolibet modo diſtrahere poſſit, intra nouem annos, computandos à die abſolutæ primæ editionis, abſque eiuſdem conſenſu, aut eorum Typographorum, quos ipſe ad hos formis excudendos publicandóſque communicato Priuilegio delegerit. Qui ſecùs fecerit, mulcta eſt indicta, prout fuſiùs in diplomate Regio continetur. Datum Lutetiæ Pariſiorum, die 30. Nouembris anno reparatæ per Chriſtum ſalutis 1652. ſic Signatum de mandato Regis, OLIER.

Hoc verò indulto ſibi à Rege Priuilegio P. PHILIPPVS LABBE gaudere voluit IOANNEM HENAVLT Bibliopolam Pariſienſem, quoad primam tantùm *SPECIMINIS Antiquarum Lectionum Latinarum Græcarúmque* editionem pertinet. Die 19. Decembris, eiuſdem anni 1652. *Prima autem editio illa perfecta fuit die 2. Ianuarij, anni 1653.*

FACVLTAS R. PATRIS PROVINCIALIS *Prouinciæ Franciæ Societatis IESV.*

EGo CLAVDIVS DELINGENDES Prouincialis Prouinciæ Franciæ Societatis IESV permitto P. Philippo Labbe eiuſdem noſtræ Societatis Preſbytero, vt in lucem edat *opus inſcriptum, ANTIQVAE LECTIONES GRAECAE & LATINAE ex varijs Auctoribus collectum, cum BIBLIOTHECA NOVA MANVSCRIPTORVM CODICVM, ſiue Specimine earumdem Antiquarum Lectionum in quatuor partes tributarum, &c.* In cuius rei fidem nomen meum adſcripſi, die 16. Menſis Octobris anni 1651. in Domo Profeſſâ Pariſienſi.

CLAVDIVS DELINGENDES.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN